



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

Patribus, Fratribusque Societatis Jesu Horatius Oliverius Societat: ejusdem
Secretarius Salutem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)



Patribus, Fratribusque
Societatis JESU

Horatius Oliverius Societat: ejusdem
Secretarius Salutem.



L Pistolas viginti quatuor,
à Præpositis Generalibus ad
Societatem Universam datas, &
Anno millesimo sexcentesimo tri-
gesimo quinto typis Antverpiensibus editas,
Bernardus de Angelis, Societatis ejusdem
tunc temporis Secretarius, uno conclusas Li-
bello, Patribus, Fratribusque Nostris obtu-
lit, dicavitque; ratus, è re publica fore, si
in iis erectum extaret quasi monimentum,
cujus aspectu Posterorum animi ad pro-
prium perfectionem extimularentur. Hu-
jus ego studium, & exemplum imitatus, i-
dem Opus Pragensi prælo recusum, ac septe-
nis, quæ sparsim habebantur edita, diver-
sorum

forum Generalium Præpositorum Epistolis au-
ctum, atque illustratum, Vobis itidem, Re-
verendi Patres, Fratresque Carissimi, offe-
rendum, dedicandumque censui: cum probè
noverim, Religiosissimis Filiis nil optatius
posse contingere, quàm, si Parentum suorum
voces audiant, ac monitis informantur. Id
cumulatè præstabit, opinor, præsens Epistola-
rum Volumen; cuius Læctioni Vos interim eo
successu vacaturos, confido; ut de unoquo-
que Vestrum augurari, mihi, ac prædicere li-
ceat, quod de Divo Epiphano, Sacra Scri-
pturæ codices evolvente, scripsit Ennodius:
Pungebat actibus suis paginam, quam le-
gisset, quod Liber docuerat, Vita signa-
bat. Valete, mei memores in vestris apud
DEUM precibus, & Sacrificiis. Romæ in Do-
mo Professa. Die 29. Novembris, ANNO
M. DCC. X.

Omnium in Domino Servus

Horatius Oliverius.

TA.